36

.in.

memoriam meam a te ita ut numquam recorderis mei
Illa autem audiens hec egressa est turbata et cum venisset ad civitatem
pristinam febricitare cepit et nunciatum est archiepiscopo
quod infirmaretur et venit ut consolaretur eam interrogans quid
haberet. Illa autem dixit ei: ut quid non venissem ad hominem i-
stum? Dixi autem ei seni ut memor esset mei. et sic ille re-
spondit: Oro deum ut tollat memoriam tuam a corde meo
et ecce propter ipsa tristicia moriar. et dixit ei archiepiscopus: Ne-
scis quod mulier es et inimicus per mulieres multos sanctos viros
deposuit. propterea dixit senex. Pro anima autem tua sis sollicita, nam pro anima
tua orabit. et sic curata est mens eius et discessit cum g-
audio ad sua. De fratre quodam vincit temptacionem luxurie

c c

Quidam fratri immisit adversarius commemoracionem mulieris
cuiusdam pulchre et affligebat eum in animo suo. Contigit
autem per dispensacionem dei ut alius frater descendens de egyp-
to applicaret isti et intimavit ei illam mulierem esse
mortuam de qua predictus frater temptabatur. Ille cum audisset tu-
lit vestimentum suum nocte et ascendit ubi eam sepultam
audierat et fodit locum et extersit saniem putridinis eius
vestimento suo et reversus habebat illud secum et cum nimium
eum ferveret ponebat illos fetores ante se et impugnans
cogitacioni sue dixit: Ecce desiderium quod querebas habes
pro illo quod querebas saciare ex eo et ita ex huius-
modi fetore castigabat se ipsum donec compescens eum
pugnam dei ipse moreretur. De fornicacione cuiusdam

d

Duo fratres perrexerunt ad civitatem quandam ut opera sua
venderent quod fuerunt operati et cum a se invicem essent
divisi unus incidit in fornicacionem. Veniens autem frater eius
dixit: Redeamus frater ad cellam nostram. Ille autem retulit: Non
redibo tecum quod heu in fornicacione sum te absente

valde [illegible]

Nota de [illegible]
fratrum compassione [illegible]